Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



96

sunt & unde uenerunt. Et dixi illi. Dne tu scis. Qua re dicit respondit. nulla interrogatione pmissa.

Consueto more scripture loquit. que solet plerq; nullo interrogante. ita respondentis uoce pferre sententiam. Vnde in euglio legim. qd respondens ihc xpe dixit. Confiteor tibi dne pater celi & terre.

Et alibi legimus quia respondens angls dixit mulierib; nolite timere. nulla interrogatione ipsarum mulierum premissa. Hoc autem in hac reuelatione uniuus seniorus responsio similitudinis habet. ab illis. quia ista interrogatiua e. illa indicatiua. Quid itaq; in uno seniore accipimus. nisi ordinem pphetarum uni tatem omnium predicantium. Viginti & quatuor senio res. pter numerum duum testamentorum. qui duodenario duplicato numero in duodecim tribubus. ac duodecim aplis exprimunt. sepius hic frequentant. In uno ꝗ seniore unitas eorum de testamentorum. uel certe ipse senior seniorum dns uidelicet pdicatorum designat. Ideo autem interrogat senior ut queratur ihs. querens audiat. audiens intelligat. intelligens ad imitanda. que querit. semetipsum accendat. Deniq; ostendunt ei amicti stolis albis. ut talem habitum tale concupiscat indumentum.

Sed statim requritur qui sunt talis aut unde uenerunt. quatenus scilicet si uult in talium transire numerum. dum audit qui sunt aut unde uenerunt studeat talis et quales illos cernit. satagat unde uenire unde illos uenisse cognoscit. Quid uero sunt stole albe. paulo superius dictum est. Dicat